
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1979.24068

Auteur(s) : Charles Bernard de Ballainvilliers

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Vve.Ballard

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1774

Description : Une feuille de papier. La feuille présente de larges taches brunes en plusieurs endroits. Le bord gauche déchiré a été réparé au verso par du ruban adhésif. Perforation au croisement des pliures. Estampe dans la partie supérieure. Au verso, une inscription manuscrite à l'encre.

Mesures : hauteur : 705 mm ; largeur : 500 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention ddu baccalauréat, Charles Bernard de Ballainvilliers, le lundi 14 mars 1774, à Paris. Les articles de droit canon traitent des testaments et des dernières volontés. Les articles de droit civil portent sur le recouvrement d'une somme lorsque le prêt est entaché d'une tromperie. L'estampe représente une figure de Marie en reine de France, avec dans la partie gauche les symboles du pouvoir royal, et dans la partie droite des allégories de la foi et de l'église.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



DILECTISSIMÆ MATRIS PATRONO.
THESES UTRIVSQUE JURIS
EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 8. Extrâ. De Testamentis & ultimis voluntatibus.

- I.
TESTAMENTI factio publici juris est, usque solis competis quibus expressè jure concessa est.
- II.
CLERICIS testari permittitur de bonis patrimonialibus, que nempe ad eos parentum vel cognatorum successione, aut ex amicorum liberalitate pervenerunt.
- III.
POSSUNT utique testari de bonis quasi patrimonialibus, seu que doctrinâ, aliive honestâ industria acquisierunt.
- IV.
DE bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis testari leges ipsi permiserunt, sed vetant canones.
- V.
CLERICI modico victu & vestitu modeste contenti superfluum pauperibus viventes erogare debent, aut morientes Ecclesiæ relinquere.
- VI.
IN ægrotudine tamen constitutis, elemosinæ intuitu, aliquid ex mobilibus, que per Ecclesiam acquisierunt, moderatè largiri permittitur.
- VII.
MONACHOS testari non posse, cum nullius rei proprietatem habeant, manifestum est.
- VIII.
VALET testamentum factum coram proprio parochio, presentibus duobus vel tribus testibus.
- IX.
HODIE ex generali Ecclesiæ consuetudine Clerici de bonis per Ecclesiam acquisitis libere testantur.

Hæc Theses ex utroque Jure, Deo dante, auspice Dignarè, & Præsidi CL.V.D. MATTHÆO ANTONIO BOUCHAUD, J.U.D. Antecessore, Regiæ inscription. & human. litter. Academiæ socio, juris Naturæ & Gentium Professore Regio, Censore Regio &c., tuarè conabitur CAROLUS BERNARD DE BALLAINVILLIERS, Parisinus, die Lune 14 Martii, anno Dom. 1774 ab undecimâ ad primam.

Aderunt cum jure suffragii loricæ docti Clar. D.D. Sauvage, Boyer, Jouan, Delerrière, Hardoin, Vasselin.

PARISIIS.

IN MAJORI JURIS AUDITORIO
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BALLARD, Constitutionis Regiæ Typographam: via Martharientium.

CIVILIS.

Ex Lege 1. Cod. De Retractandis res qua in fraud. credit. alienata sunt.

- I.
ALIENATIO in fraudem creditorum, cum nulla Lege esset prohibita, jure civili consistebat, nullaque creditoribus chirographariis adversus sic alienatam rerum possessoris actio competebar.
- II.
PRÆTOR æquitate motus ne debitoribus impone liceret fraudare creditores, rescissa traditio & fingit res non fuisse alienatas, sicque creditoribus prospicit hujus actione que & pauliana & revocatoria dicitur.
- III.
PAULIANA autem actio est prætoris in rem actio quæ creditores chirographariis res à debitore in sui fraudem alienatas persequuntur hoc colore quasi alienate non fuerint.
- IV.
NON datur creditoribus hæc actio nisi missis à prætore in possessionem & bonis debitoris publicâ autoritate distractis.
- V.
NON datur etiam nisi fructus intervenerit que quidem non ex animo solo sed ex eventu simul intelligitur.
- VI.
ADVERSUS possessorem ex causâ lucrativâ competit hæc actio quocumque titulo rem acceperit.
- VII.
ADVERSUS possessorem ex causâ lucrativâ competit, licet fraudis non fuerit participes, non aliter vero datur contra possessorem ex onerosâ quam si fraudis fuerit confessa.
- VIII.
IN fraudem creditorum alienatio facta dicitur cum debitor patrimonium suum diminuit, non vero cum loci duntaxat occasione omittit.
- IX.
CUM juxta civile rescindat actio pauliana datur tantum intra annum utilem quo experiri potestas est.

